iſ qui primuſ creabatur acciperet· inter hęc faciliuſ hoc credi poſſit· ut ad ſcdm
adam· primuſ adā imaginē ſuā ꝓ ordiniſ ac temporiſ ratione tranſmitteret·
Minime autē fieri poterat· ut imago nondū exiſtentiſ ſubſtantię diceretur·
iſ· qui ante tot ſc̄la formabatur· et inprudenſ aſſertio ꝓbaret̄· ut ſicut dicunt
ſimilitudiniſ auctorē ex uirgine ꝓperandū· antiquiſſimi ꝓto plaſti ꝑſona
p̄cederet· Huc accedit· qđ multū reſ illa humiliaret in homine primę inno
centiae decuſ· ſi inmaculatuſ ad exēplar illiuſ fingeret̄· qui peccaturi erat
maculaſ curaturuſ· ut cū tranſgreſſio nondū exiſteret· iā tamen tranſgreſ
ſioniſ culpā futuri interceſſoriſ forma p̄ferret· Conſequenſ itaq; non erat
conſummatū atque ꝑfectū· ad imaginē illiuſ fieri· ꝑ quē neceſſe erat
ꝑditū reparari· ne ſub nomine uenturi medici ipſo tēpore feliciſ exordii·
ſubplantandi uideret̄ ruina p̄dici· Id ergo rationi magiſ congruit·
ut in homine cui in ipſa ſimilitudine adō grāe reſ traditur non naturę·
ideo hoc potiuſ nuncupet̄· qđ a priore et ſuperiore ſuſcipitur· Et de ueritate
ſimilitudo fuiſſe conlata pleniuſ iudicetur· quā tam cū filio naturali pat̄
iure comunicat· Deinde et illud ſollicitiuſ aduertendū eſt· qđ dnſ nr̄ ihſ
xpſ in primo tēpore de ſuo meliora contulit· in ſecdo autē de nr̄o deteriora
ſuſcepit· et ppt̄ea quando ex nihilo noſ parauit· imaginē ſuā factor adpo
ſuit· Quando uero noſ ꝑditoſ reparauit· formā ſerui reſtitutor adſūpſit·
ſicut ait apl̄ſ· formā ſerui accipienſ· in ſimilitudinē hominū factuſ· et habitu
inuentuſ ut homo· Qđ ſi ad illā exterioriſ hominiſ ſpetiem formati ſumuſ·
in cuiuſ mēbriſ· uiſuſ· audit9· guſtuſ· odoratuſ· et tactuſ ē· quid erit honoriſ
aut grāt ſide illa participem imagine· quā nobiſ ex parte maxime
comunē ſcimuſ eē· cū pecude· Grauiſ ergo eorū error ē· qui arbitrant̄
primū hominē iuxta illū qui erat ſumenduſ ex maria ab incorporea
trinitate cōpoſitū· Neque enī pater· uel ſpſ ſcſ· ueſte carniſ et habitu erat ho
induenduſ· ut ad ei9 quaſi imaginiſ ſuę ſpeciē adſitura prim